

## D E D I C A T O R I A .

nimeq; spernendi arbitros appello, commu-  
nicanda censui: ut quando hoc ipso chymi-  
corum principiorum examine  $\chi\epsilon\sigma\kappa\alpha\delta\alpha\sigma\iota\kappa\omega\varsigma$ ,  
quæ ipsa sint, quamq; cum generali antiquo-  
rum medicorum præceptis conveniant, de-  
monstrandum putavi: ne viderer tacitus  
ea præterisse, quæ vel sola alij in Chymicis  
notanda, culpandaq; insectantur, proban-  
dum fuit, quæcunq; alia esse videbuntur, &  
ad principia cum physica, tum medica perti-  
nere, nequaquam Chymia permittenda esse.  
Si enim permitterentur, vel alieni negotij  
patrociniũ in se curiosius, quàm par foret, su-  
sciperet Chymia, vel saltem aliũs discipli-  
næ, metaphysicæ nimirum, physica seu medi-  
cinæ provinciam adiret, nomen officiumq;  
genuinum eiuraret, seq; adeò ipsam peregri-  
næ laudis seu vituperij, præter rectam cer-  
tamq; rationem efficeret participem. Multos  
pessum dedit  $\omega\epsilon\pi\epsilon\gamma\mu\omicron\nu\iota\mu$ . Id re ipsa Chy-  
mia, nisi caueret, contingere videremus. Nec  
dubito, quin vos eiusdem quoque sententia,  
probè sciatis, artium & scientiarum discri-  
minibus submotis tantæ confusionis nube  
perstringi artificũ oculos, ut ordinis & me-  
thodi cynosura evanescente, nesciant, quo in  
mari versentur. Nimirum tu, D O L D I cla-  
risime,

):( ):(

risime,